

1712.

- 14⁹⁺⁸ Munchhausen, Gerlachus Adolphus : De vicariis Tha-
lico . 25apf . 1712 - 1738 .
15. Schroeter, Dr. Christianus : De successoribus religio-
rum .
16. Schroeterus, Dr. Christianus : De portione conjugum
Latitaria
- 17⁹⁺⁸ Schroeterus, Dr. Christianus : De delictis vasallorum,
quae ex personam domini committuntur . 25apf
1712 - 1744 .
18. Stevogas, Dr. Philippus : De incendiosis .
19. Struvius, Bernards Gottlieffius : De constia Petri-
natus Berouci strenissime genti communis . Dissertation,
lectioribus publicis praenatis .
20. Struvius, Bernards Gottlieffius : De officiis imperii
territori .
21. Struvius, Bernards Gottlieffius : De ministeriis

1712.

22. W. L. v. Ogelius, Christianus : De appellatione per
saltum.

23. W. L. v. Ogelius, Christianus : Colligii just. decamer : De
preibus inexorabilibus et d. p. fin. c. & - saltus. Pro-
gramma in aug. / lectio inspirata Iosephi Rinkeldi
Macci: praemissum

24. W. L. v. Ogelius, Christianus : De loco communis.

25. W. L. v. Ogelius, Christianus : De praescriptu iuris Marchiti
& Saxonico differentiis.

26. ⁼ W. L. v. Ogelius, Christianus : De eo, quod justum est circa
orationem Dominicam. 1 Exempl.

27. Wucherer, Jo. Fridericus : De moralitate abortu.

F. II. num. 13.
8.)
Q. D. B. T. 1712/17^a 5
DISSERTATIONEM JVRIDICAM

DE
DELICTIS VASALLO-
RVM, QVÆ IN PERSONAM
DOMINI COMMITTVNTVR,

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO
DOMINO

P. 344
GVILIELMO HENRICO,

DUCE SAXONIAE, IVLIACI, CLIVIAE AC MONTIVM,
ANGARIAE, WESTPHALIAE, ETC. ETC.

P R A E S I D E

D O M I N O

IO. CHRISTIANOSCHRÖTERO,
JCTO PROFES. PVBL. ATQVE SCAB. ADSESSORE.

DN. PATRONO AC FAVTORE ÆTATEM
DEVENERANDO

AD D. AVGUSTI M. DCC. XII.


PLACIDO ERVDITORVM EXAMINI SVBMITTIT

AVTOR ET RESPONDENS
PHILIPPVS CHRISTIAN. DE WEDELL,
EQVES NEOMARCHICVS.

I E N A E, LITTERIS MULLERIANIS



DISSERTATINEM VANCAM
DELIGTIS VASALO
RYMQAS IN PERSANA
DOMINI COMMITTANTAR
SERENISSIMO TRINIPERTE AC DOMINO
DOO MINO
GAHTHELMO HENRICO
DIE SZAXONIE IUNG CONTRUM
VICARIE WESTERWALD ETE
DEC AUSABA
DOMINO
IOCHRISTIANO CONTROTTERO
DEC PROTENTIA GODDEA DECESSORE
DOMINO PATRONO AC MALICE EXCETATEM
PER YACCO ERRIDICTUMTACMNI SUAMIT
VULTERU TRASTORDI
PER YACCO ERRIDICTUMTACMNI SUAMIT
VULTERU TRASTORDI



alia I. munitione huius dicitur bellum in mobili
bardo et illo signo. §. in I. illud monachorum
tempore hoc transmisso bardi signum inservit.

Tsi diversae sint Doctorum circa
Feudi etymologiam sententiae,
adeo quidem ut lusum quen-
dam ingeniorum in illis exco-
gitandis exercere voluisse vi-
deantur Rittershusio *Partition-*

fendal. Lib. 1. C. 1. qu. 13. Tum alii a germanico
Juden / quod est paſcere vel alere , deriyant;
alii a Fe / quæ vox non tantum Pecus sed alia
quoque bona, priſca Germanorum lingua, de-
notabat, & ODE, quod possessionem seu pro-
prietatem designabat ; alii a Longobardorum
FEIDA , quod hostilitatem & bellum significat,
cui Germanica vox , Fehde / Fehde = Brieff
item Ihr - Fehde / suam quoque originationem
debet, deducunt. vid. Struv. Synt. Jur. fēnd. C. 2.

A 2

aphor.

aphor. 1. & in Observ. feudal. p. 6. Stryck. Ex im.
 jur. feud. C. 2. qu. 1. Itter. de feud. Imper. C. 2.
 §. 9. Præsenti tamen instituto ea potissimum con-
 venit, qua FEUDUM a FIDE, sive FIDELITA-
 TE arcessunt. Non solum enim huic derivatio-
 ni expressus textus II. feud. 3. sed etiam Longo-
 bardorum illud FEDE, quod hodienum Italis
 fidem denotat, suffragatur: Neque ullum aliud
 vocabulum præ hoc ad essentiam Feudi atque
 intentionem constituentis aptius est. Quippe
 in hoc primitus feuda concessa videntur, ut Va-
 sallus domino fidelitatem præstaret. II. feud. 23.
 verb. ad hoc ut ille & sui heredes fideliter domi-
 no serviant add. II. feud. 5. 6. 7. qua de causa
 etiam Vasalli in diversis Juris feudalis textibus
 FIDELES dicuntur, ut I. Feud. 1. II. Feud. 6. &
 alibi passim. Guidelin. de Jure Feud. P. I. C. I. §. 7.
 Apposite eam in rem Georg. Egidius von Sickens-
 hausen; Obs. feud. 4. §. 1. Demnach bei einem
 Vasallen oder Lehen-Mann gegen seinen Lehn-
 Herren / die höchste Treue erfordert wird/
 seynd die Gelehrten der Meinung / daß das
 Lateinische Wort Feudum, von der Treue sei-
 nen Nahmen und Ursprung habe / also / daß
 dessen Substanz und Wesenheit in der Treue
 gegen

§. (5) §§.
gegen den Lehn-Herren auf alle Weise und
Wege sey.

§. II.

Enimvero, fidei huic feudalitiae nihil magis contrarium esse, quam ingratitudinem Vasalli in dominum, nemo, ut opinor, ibit inficias. Est enim feudi concessio maximum quoddam beneficium, ut etiam FEUDUM atque beneficium in jure feudali pro Synonimis fere habeantur, ipsique Vasalli, nunc BENEFICIARII, nunc BENEFICIATI, nunc IN BENEFICIATI crebro dicantur. Rittershus. d. c. 1. qu. 12. Beneficium autem non agnoscere ingratumque existere, turpisimum est crimen, cum per illud alii a beneficiis conferendis deterreantur, vid. summe reverendus Budd. Phil. præf. P. 2. p. 318. Proinde, si quis omnium, quæ a Vasallo committuntur, delictorum fontem ingratitudinem dixerit, haud quam errabit. Vitium tanto gravius turpiusque, quod Vasalli fidem cum gratitudine non solum nominatum reppromittere, sed jurisjurandi etiam religionem id se obstringere soleant.

§. III.

Cœterum delicta a quibus fidelitatis forma abstinere jubet multa sunt, at quædam eorum

rum cœteris extantiora, per quæ scilicet benefi-
 cium amittitur. Quæ ipsa, ut ait feudista, potius
 ex naturalibus & bonis curiarum consuetudini-
 bus possunt percipi, quam lege aut scripto ali-
 quo sub certa regula aut definitione rotunda
 comprehendendi. II. *feud.* 23. & 24. Unde Judex so-
 lers & discretus, & æquitati obsecundare sollici-
 tus, cuncta subtiliter dispensans, provideat, si
 qua fuerit antiquioribus causis similis seu major:
 ut proinde sciat utrum beneficium sit amitten-
 dum. *Feltn. de feud.* C. XVII. §. 1. Cum primis
 tamen delicta aut in dominum aut in extraneos
 committi constat, II. *feud.* 24. & 37. Illa vel in per-
 sonam vel in res domini admittuntur, sive ea in
 omittendo sive incommittendo consistant. I. *feud.*
 17. 2. f. 24. C. 2. Atq; vel directo in ipsum dominum,
 vel indirecto in familiam ejus, hoc est personas
 quæ potestati affectuive domini subjectæ sunt, pa-
 trantur. II. *feud.* 6. & 7. Neque meum est singula
 hæc in prælenti excutere, sed sufficerit vel unicum
 illam delictorum Vasalli cœteris graviorem ex-
 pendisse speciem, quæ in personam domini, non
 tam omittendo quam comittendo fit. Ea qui-
 dem ratione ut summatim exponam, in quo con-
 sistant, quomodo coercentur & qui modus pro-
 cedendi hic observandus sit.
 §. IV.

Solent autem variis in jure nominibus delicta Vasallorum, appellari, inter quæ maxime usitatum est FELONIÆ nomen, quamvis unde originem illud trahat, incertum sit. vid. Struv. S. I. F. C. XV. §. 8. du Fresne in *Glossar. Ant.* Matthæi de *Crimin. t. 2. C. 3. n. 10.* Atque tribuitur in generalissimo significatu omni quidem feudali delicto II. *feud. 26. §. domino*, in sensu tamen excellentiori nostræ potissimum speciei, quæ committendo fit, competit. Horn. *Jur. feud. C. 23. §. 2.* Et describi potest, quod sit indecens quædam machinatio & facinus in honestum, quo domini persona a Vasallo adversus fidem datam graviter læditur. Bocer. p. 2. cl. 5. *Diss. 20. n. 8. & in tr. de mod. amitt. feud. P. 2. n. 3.*

§. V.

Commititur Offensa hæc in feudi quod Vasallus tenet dominum, quem & seniorem dicunt. I. *feud. 17. & 18.* Eyben. *Elect. Jur. feud. C. 8. §. 6.* p. 167. nullo nec lexus, nec conditionis habito discrimine, ob fidem quam illi Vasallus debet, nec non ob servitia & reverentiam. Nisi quod eminentior domini dignitas ampliorem etiam a Vasallo reverentiam exigere majorique

cum

eum adeo ingratitudine obstringere videatur.
Num etiam in dominum superiorem sive me-
diatum, an saltem in immediatum feudi domi-
num delictum feudale committatur, quæstionis
est? Evidem obligatio Vasallitica oritur ex con-
tractu feudalí inter concedentem & accipientem
inito, quo demum id agitur ut fidelem se fore
domino promittat: At nullus inter dominum
& subvasallum contractus initur, neque illi
fidem suam hic obstringit, non igitur hic fidei
feudalitæ violatio, nullum subesse feudale deli-
ctum videtur. Neque est ut quis putet inter-
posita persona sui Vasalli, domino obnoxium
fieri subvasallum: Etsi enim sint qui existimant
non alienum esse a ratione juris feudalis quo mi-
nus alter alteri stipulari queat arg. II. *feud.* 12.
Bocer. de Succ. feud. C. 2. qu. 3. in f. Secus quam
sentit *Curtius Jun. de feudis P. 2. Rubric. de feu-
dis Laicorum n. 62.* gravi obtestatione pro ad-
struenda contraria sententia usus, & *Gabrielius
Comm. Concl. L. 3. Concl. 1. n. 5.* Attamen Va-
sallus concedendo alteri feudum quod habet,
non id agit ut domino suo vasallum acquirat,
prout nec domino tale quid paciscitur sive stipu-
latur, sed sibi met ipsi. Accedit quod nec cœ-
terá,

§. (9) §.

terā ad quā Vasalli suis dominis sunt obligati,
subvasallus domino superiori præstare teneatur,
ut proinde dominus Vasalli, subvasalli dominus
minime sit. Menoch. L. 3. praf. 102. Nihilominus
cum ipsum feudum subvasallo possedium, quo-
ad dominium directum, domini superioris non
dubie sit, & sic respectu etiam subvasalli domi-
nus, licet non immediatus, attamen mediatus
sive superior perhiberi queat; non immerito per-
sona ipsius; æque ac domini immediati, semper
honesta, sancta & inviolabilis subvasallo videri;
atque non minus ab ejus offensione, quam ob ab
offensione domini immediati abstinere debet,
ni delicti feudalis reus haberi velit. Schrader.
de Feudis P. 9. C. 8. n. 1. Kohl. *de Subfeud.*
§. 4. n. 18.

§. VI.

In Vasallis quoque, quoad delicta hæc, dif-
ferentiam haut constituo, ut nec excipiendo aut
tumem qui possessionem feudi nudum nacti sunt,
sed sola investitura gaudent, seu quibus expecta-
tiva concessa est, sive abusive illi investiti desu-
per sint, sive promissio de investiendo tantum
facta sit. Quin etiam qui per refutationem
desit esse Vasallus, nequaquam in insolentiam

B erga

erga dominum, velut excusso jugo, efferri debet,
sed intra honestatis & modestiae fines consistens
ab omni ejus injuria temperabit. ^{no} Quod si non
fecerit, longe gravius in ipsum, quam in alium
animadvertisetur idque propter beneficij pristini
& arcta necessitudinis mutua, quæ inter domi-
num & Vasallum intercedit recolitionem, quam
venerandam esse oportet. II. f. 38. L. B. Schenck.
Casp. Bitsch. & alii ad d. t.

§. VII.

Ipsa delicta quod attinet, primum inter ea
locum tenere, si necem domino Vasallus inferat,
dubio caret: contra vim tamen & injuriam cor-
pori imminentem, si aliter evitari nequeat, se-
tueri, etiam cum internecione domini, vasallum
posse communiter tradunt arg. l. 3. de J. & J.
L. 45. §. 4. ad L. Aquil. Quod & verius puto.
Est enim defensio vitae adversus injustum aggres-
sorem, juris naturalis præceptivi, unde nulla le-
ge aut conventione hominum tolli potest; Qui
se non defendit, ait Cicero de Offic. L. 3. cum
potest, tam est in vitio, quam si parentes, aut
socios deserat; Neque vel dignitatis fastigium,
vel reverentiae nexus quo minus contra injustam
vim vitam tueri liceat, Oberit. Struy. de vind. priv.

C. IV.

C. IV. aphor. 4. Valquius L. I. Contr. Illuſtr. C. 18.
 diss. H. Grotius de J. B. & P. L. 2. C. I. §. 9.
 Cum alii, missa juris quæſtione, pietati ſaltem
 magis convenire putent, ſi mortem potius pa-
 tiantur lubditi quam Principem aggressorem in-
 terimant. vid. Maurit. de vita defenſion. favor.
 §. 12. Eadem ratioue ignoscendum videtur, qui
 cum ſua uxore in adulterio deprehendit domi-
 num, impetu tractus doloris, interfecerit: tum
 quod dominus mutuam fidem fallat: tum quod
 fit diſſicillimum iuſtum dolorem temperare.
 L. 38. §. 8. ad L. Jul. de Adulter. B. Schenck.
 L. 3. t. 2. §. Porro n. 6. Mauritius Posit. in J. Feud.
 Dec. 14. pos. 1. Feltmann. de feud. C. 17. tb. 3.
 n. 2. Et tamen lex Julia non niſi eum adulterum,
 qui vilis aut infamis eſt conditionis, deprehen-
 dum domi ſuæ, interficere marito indulget. L. 24.
 pr. ad L. Jul. de Adult. L. 4. C. eod. Utique li-
 bertus patronum in adulterio cum uxore depre-
 hendum, etiamſi ex eorum numero fit qui de-
 prehensus ab alio interfici poſit, attamen occi-
 dere impune nequit. L. 38. §. 9. d. t. Sed enim non
 plane eadem patroni, cui plus in libertum
 quam domino in Vasallum permittitur, & domi-
 ni eſt ratio. Ungepauer. Diſp. feud. 8. tb. 7. Multo

B 2

enim

enim plura debet libertus patrono quam Vasallus domino, cum & beneficia multo plura majoraque ab eo acceperit, adeoque & novus homo per manumissionem factus sit. Rittershusius *Part. feud. l. 2. C. 5. qu. 8.* Illud expeditum est, si dominus per falsum aliquem processum, falsis calumniis aut testibus opprimere, & adeo per judicem interficere Vasallum contendat, quamvis non alia sit evadendi via, internecione domini Vasallum se tueri non posse; nulla enim, hic subest proprie sic dicta aggressio, cum aggressor is demum sit, qui non modo contrajus, sed & contrajuris ordinem agit. Maurit. *de vita defens. favore* §. 13. Sonsbec. *de feud. P. 12. n. 49.* Multo minus ob solam rerum defensionem, dominum interficere Vasallo licet, nisi ex invasore bonorum fiat aggressor corporis. Struv. *de Vind. priv. C. VI. apb. 6. n. 4.*

§. VIII.

Neque consummato delicto hic opus est, ut egregiae ingratitudinis reus fiat Vasallus, sed & conatus sufficit, sive ille in asfiliendo, sive in insidiis struendis consistat. *I. feud. 5. Si dominum assalierit. I. f. 17. si scienter seniores assalierint. II. f. 57. Insidiisque eum clandestinis vel manifestis*

stis appetiverit. Proinde si vel necem adferre domino laboret, vel manum, percussurus dominum, levarit, vel eum aliis in necem domini juraverit tenebitur: Ipsa enim manus levatio seu adenatio satis per se continet injuriæ, quod argumentum pluribus exsequitur Tabor. *peculiari Diff. in Armamentar.* Biccius ad II. f. 24. §. 2. verb. vel morti ejus & de assultu Zaf. Epit. feud. P. 10. n. 37. seq. Bitschius ad I. feud. 5.

§. IX.

Proximum ab hoc Vasalli delictum est, si is nihil quidem in vitam domini machinatus fuerit, graves tamen & inhonestas injurias ei intulerit. d. t. 24. §. 2. Veluti si dominum vulneraverit, non occidendi animo, sique eum verberaverit, aut pulsaverit, aliove modo aut domini corpus aut famam ejus atque existimationem, tum verbis tum factis, graviter lacererit. Quorsum pertinent verba in formula fidelitatis, II. f. 3. Quod tu recipias in persona aliquam læsionem, vel injuriam, vel contumeliam. Eadem est ratio si cadaveri domini injuriam arrocam intulerit. Rosenthal. C. X. concl. 20. n. 18. Aut in ignominiam gravem domini, statuas vel imagines memoriarum ejus dicatas, concusserit, vel alia quavis ratione

violaverit. Aut literas domino transmissas male habuerit. Matth. de *Afflict.* ad C. §. fin. Quib. mod. *feud.* amitt. Schrader. P. 9. c. 4. n. 23. Ut nec intersit, num ipse Vasallus an vero instinctu ipsius alius tale quid fecerit arg. l. 5. §. 9. l. 15. §. 8. ae *jur.* Schrader. d. P. 9. c. 4. n. 35. Schnobel. *de feud.* *Diss.* 10. tb. 10. Stryk, *Diss. de Alapa C.* 4. n. 59.

§. X.

Committit item in ipsiusmet domini personam Vasallus, si cum inimicis, hoc est, hostibus domini amicitias copulaverit, ut loquitur Henricus Imperator 2. f. 57. quem textum hac in delicti specie singularem ac propterea notabilem dicit Bitschius. Ubi tamen requirunt, contractam cum inimicis domini amicitiam, fraude ac dolo Vasalli, in perniciem & contumeliam domini esse, ut est confederatio, conspiratio & conjuratio contra dominum inita; item matrimonium vel affinitas cum hostibus ejus contracta, vel si annonam, arma, comeatum liberum, oppugnantibus dominum concesserit. Schrader. P. 9. C. V. n. 8. & 29. Bocer. *de mod. amittend. feud.* Tr. 2. n. 20. p. 172. seq. Alioquin enim simplex amicitia, quæ bona fide, sine fraude & pernicie

nicie domini , cum aliis quantumvis inimicis
 ejus, contrahitur, obesse Vasallo non debet; mul-
 to minus mandatas iras & inimicitias privatas
 suscipere ac gerere , omnesque eos odiisse , &
 pro inimicis habere , quos dominus forte odit,
 vel alienus fieri à conversatione amicorum tene-
 tur. Bald. ad 2. feud. 24. §. Porro Rittershus.
Partit. feud. l. 2. c. 5. qu. 12. Hinc, quamvis lite-
 ras vel nuntium ad hostes domini mittere Vasal-
 lo haud licere , communiter tradant , recipere
 tamen literas minime prohibitum ei ajunt Ro-
 senth. C. X. Concl. 19. n. 6. seq. Schrader. d. p. 9.
c. 5. n. 38. seq. Quin & cum hoste domini sce-
 dus pacisci posse Vasallum, ut sibi prosit sibi-
 que & suis parcat hostis , non autem ut domino
 id obsit, notat Feltmann. d. c. 17. §. 3. n. 4. Qua-
 tamen in re Vasallo magna opus esse cautione,
 laudatus Rittershusius admonet, ut rectius haut
 dubie fecerit, sibique consuluerit, si a familiarite
 inimicorum domini abstinuerit, ne difficultate
 probandi, se bona fide , non in fraudem do-
 mini neque maligno proposito , amicitiam cum
 ipsius inimicis junxisse , prægravetur. Ut ut enim
 non desint, qui in dubio iphi domino , affirmati-
 vi amicitiam Vasalli, quam is cum inimicis con-

tra-

traxit, spectare ad suam offensionem & perniciem, probationem incumbere putent cum Roland. a Vall. Vol. 3. Conf. 1. n. 87. Vultej. de feud. L. I. C. II. n. 51. Finckelthus. Contr. feud. Disp. X. Contr. 9. dubitabilem tamen hunc passum vocat Zafius Part. 10. n. 33. in quo res tota sit committenda arbitrio & discretioni judicis, tanquam boni viri. arg. 2. f. 57. verb. Atque in aliis sic versatus sit ut potius inimicus quam fidelis esse creditur &c. add. B. Schenck. ad II. f. 32. n. 2. de Afflict. ad II. feud. 24. n. 21. Menoch. Vol. I. Conf. 102. n. 11. seq.

§. XI.

Inter egregias ingratitudinis causas porro numeratur, si castrum sive vicum vel domini vel alienum, sciens dominum ibi esse, Vasallus oppugnet seu obsideat. I. feud. 5. & 17. 2. f. 24. §. 2. item, si in navigantem irruat, eumve oppugnet vel dolo malo ac de industria navem suam in eam qua dominus vehitur impingat. B. Schenck. ad I. feud. 5. §. Similiter n. 1. Ideo autem requiro scientiam Vasalli, praesentem esse inoppugnato castro dominum, quod sermo mihi sit de delictis quae in personam non quae in res domini committuntur. Quamvis ergo ipsa etiam oppugnatio castri
ad

ad dominum pertinentis, per se & ratione damni patrimonio ejus illati, non leve delictum sit, quippe quod cum Vasallus damna ab aliis domino impendentia avertere teneatur, inque recuperandis rebus iniuste amisisis dominum juvare II. feud. 7. & 24. multo magis ab omni maleficio & damno abstinere debeat: attamen id omne ad delicta Vasalli in res domini commissa pertinere in aprico est. Nisi quod hoc etiam casu oppugnatio conjuncta fere esse soleat confœderationi cum hostibus domini. Sic Carolo in Duca-
tum Mantuae & Montisferati successuero, inter coetera reponebatur, quod tum, Ipse, tum pater ipsius Ludovicus, exitio lo inter Carolum V. Imperatorem ejusve Successorem Ferdinandum, atque Galliae Regem, Henricum II, bello, inter fuerint, civitates imperiales oppugnarint, inde que tam aggrediendo castra domini sui, quam sociando arma cum hostibus ipsius, feudo se indignos reddiderint; quæ imputata ut dilueret operosus fuit Niger Cyriacus *Controv. Mantuan. art. 7.* Idem adverlus Petrum Mariam, quodam Vasallo Ducis Mediolanensis, urget Parisiis *Vol. i. Conf. 1.* n. 13. quod magna amicitiam contraxerit cum Venetis, tunc temporis Ducis hostibus, illos ad

C oppu-

oppugnanda castra domini induxit & ita in tini-
versum statui Ducis Mediolanensis saepius insul-
taverit enimve turbaverit. Defendendi tamen
necessitas hac quoque in parte vasallum excusa-
bit, ut observat Arumæus. *Disp. feud.* IIX. tb. 8.

§. XII.

Adhæc in ipsiusmet domini personam com-
mittit Vasallus, si Delator ejus existiterit apud eos
quibus vigor disciplinæ publicæ est curæ, aut do-
minum de crimine capitali accusarit II. *feud.* 24.
§. 2. Item si delator. Et Tit. 33. verb. Similiter In-
dignum enim est facinus, eum quem peculiari
affectu & amore & reverentia prosequi vasallus
obstrictus est, capitalis criminis accusare & de-
ferre. B. Schenck. L. 3. t. 25. n. 34. Præterquam
quod autoritas domini per tales accusationem
non parum lœderetur: a qua vero læsione Va-
sallus omnino abstinere debet. II. f. 6. Et 7. Fin-
ckelth. *Controv. feud.* *Disp.* X. c. 7. Nec interest
utrum ipse Vasallus acculeret, an vero per alium
hoc faciat, aut accusatori ut advocatus patroci-
nium præstet contra dominum, aut pro eo fide-
jubeat. Rosenth. c. 10. Concl. 22. n. 9. Et 24. Za-
sius part. 16. n. 42. Bocer. *de feudis* tr. 21. 37.
seq. Accusatio tamen Vasallo permitta, si suam
fuerum-

suorumque injuriam exequatur arg. l. 11. pr. &
 §. 1. de Accus. Sonsbeck. de feud. p. 12. n. 50. Zaf. d.l.
 n. 47. Vid. tamen Curtius de feud. P. 4. n. 65. vel cri-
 minis perduellionis in principem aut rempubli-
 cam admisisti, dominum arguat: Nam et si filius
 ejus reum postulaverit suum genitorem, ab hoc
 ideo exhæredari nequit Nov. 115. c. 3. §. 3. & ser-
 vus adversus dominum in tali causa consistere
 potest. l. ult. C. de delat. l. 7. ad L. Jul. Maj.
 cum alias servorum delationes contra dominum
 non audiantur. Cujac. ad Paul. Sentent. l. 5. t. 16.
 Rittershusius l. 2. c. 5. t. 16. Sed & officii necessi-
 tas Vasallo accusanti seu deferenti excusationem
 præbet: veluti, si esset fiscalis aut hæres defuncti
 cuius necem vindicare leges jubent, Sonsbec.
 p. 12. n. 48. Crag. de feud. p. 534. Ludvvell. Synt.
 Jur. feud. c. 16. p. 331. seq. aut jussus a superiore
 advocationem suscepisset. Th. Grammat. Dee.
 Neap. 80. Gail. l. 2. Obs. 88. n. 7. Ætati etiam ejus
 qui accusavit ignoscitur, modo desit malitia.
 Vultej. l. 1. c. 11. n. 38. Dissentit cum Fornero Rittershusius l. 2. c. 5. qu. 15. Neque nocet Vasallo,
 si abolitione impetrata destiterit ab accusando.
 arg. l. II. de ius voc. l. 14. §. 8. de Bon. Libert.
 modo non ob defectum probationis id factum

fuerit. vid. tamen Curt. de feud. p. 4. n. 66. De cœtero etiam sententia lata, sed appellatione suspensa, si desistat Vasallus, excusari eum volunt. Rosenth. c. X. concl. 37. verb. Imo & appellatione. Non vero etiam excusat, licet de vero criminis dominum accusasset: tum ob generalitatem textus II. feud. 23. tum quod etiam alias potestas accusandi denegata est quibusdam, non ob innocentiam reorum, sed propter conditio-
nem & qualitatem personarum. I. 4. & 8. de ac-
cusat. ceu de filio constitutum est. in Nov. 115.
c. 3. Curt. de feud. p. 4. n. 62. Sonsbec. p. 12.
n. 47. Rittershus. d. c. 5. qu. 14.

§. XIII.

Quodsi in causa non criminali, famosa tam-
en, actionem contra domum instituisset Va-
sallus, æque reum fieri inferunt. arg. II. f. 722. &
23. Struv. c. II. aph. 3. n. 1. & c. 15. aph. 9. n. 3.
Eaque ratione Vasallum injuriarum actione, ob
atrocem quantumvis injuriam a domino sibi il-
latam, experiri non posse, neque vi a possessio-
ne dejectum, interdicto unde vi uti posse, sunt
qui existimant. Bocer. de amiss. feud. Tr. 2. n. 51.
Molin. ad Consu. Parif. t. 15. §. 1. gl. 4. n. 35. Me-
noch. de recuperanda possess. Rem. I. n. 96. Sed
enim

enim cum jam ante dictum sit, etiam criminali
judicio contra dominum experiri posse, si suam
fuarumque injuriam persequatur , quin & nec
impediri Vasallum quo minus justa retorsione
adversus dominum uti queat , Harprecht. ad
§. 12. de injur. n. 193. vereor horum sententiae ac-
cedere , comprimis si vis fuerit illata armata. post
Molin. & Menochium, VVesenbec. de feud. c.X.
n. 15. Struv. c. XI. apb. 3. add. II. f. 22. inf. Aru-
mæus Difp. feud. 8. th. 15. Vultej. de feud. l. 2. c. 1.
n. 23. qui hanc quoque sententiam cameræ im-
perialis præjudiciis firmat. Prout nec arrestum,
quamvis & hoc existimationi grave sit , adversus
dominum Vasallus petere prohibetur. Carpzov.
Jur. for. p. 1. c. 29. def. 7. & 27. Præferre tamen
actioni famosæ, actionem in factum , si commo-
de fieri possit , Vasallum debere non nego. Te-
stimonium etiam contra dominum in causa cri-
minali sponte reddere non magis Vasallus potest
quam eum in tali causa accusare. II. f. 33. verb.
Similiter. Utrum nec in civili causa id ei licet?
dubitant, plerique in civili magna æque non lice-
re, in modica autem civili licere ajunt. Cujac.
ad IV. feud. 36. Egnin. Baro lib. 3. de benef. c. 3.
& d. t. 33. Alii ex contrario in civili causa magna

testimonii perhibitionem Vasallo permittunt, in
modica non æque. vid. Struv. S.I.F. C.II. apb. 3.
n. 3. Sed nec rationibus destituuntur, qui absque
discrimine in omni causa civili, sive modica, sive
magna, secundum jus feudale Vasallum abstinere
debere, tueruntur. v.D. Horn. *Jpr. feud. c. 18. §. 4.* Feu-
dalis sane causa excipi debet, nam in ea super
investituræ negotio contra dominum Vasallus
testis esse debet. II. *feud. 32. & 33. pr. Sonsbec.*
p. 12. n. 68. Zafius p. 10. n. 49. Forner. p. 107. Ut
& Judicis sive superioris jussus; ceu ita in facti
contingentia aliquoties se vidisse observari, me-
morat Borcholt. *de feud. c. 8. n. 128.* Denique
nec immunitis ab hoc delicto Vasallus est, qui
contra dominum in causa magna & gravi sen-
tentiam iniquam, dolo aut lata culpa fert, ita
ut ea sententia postea in judicio appellantonis ex
iisdem causis reformetur. Vultej. I. I. c. II. n. 5.
Rittershus. lib. II. c. V. qu. 20. Schnobel. *Disp.*
feud. X. Th. II. in f. cum alioquin si jus & justi-
tia id exigat, adversus dominum non modo sen-
tentiam dicere, sed imo etiam poenæ corporis
afflictivæ eum subjecere, aut capitali, Vasallus
nec quicquam prohibeat. Horn. d. c. 13. §. 3.

§. XIV.

Gravissimam porro in ipsiusmet domini pef-
sonam ingratitudinem committit Vasallus, quan-
do arcana sibi a domino credita scienter manife-
staverit. I. feud. 17. Hoc enim etiam inter cœte-
ra formula fidelitatis complectitur II. feud. 5. 6.
& 7. cui respondet formula jurisjurandi, Carolo
XI. Regi Suecij præstiti, verb: Die Geheimniſſe/
ſo Thro Königl. Majestät oder Dero Re-
gierunge in Pommern mir vertrauen wer-
den/ will ich zu Ihrer K. M. Schaden und
Nachtheil nicht vermelden/besondern in mei-
ne Grube verschwiegen behalten. apud Ger-
des. de jure revelat. c. 2. n. 24. conf. Stryck. in
Append. Exam. J. F. num. IX. Ubi adducit for-
mulam Jurisjuranda nobilibus Pom. ult. Elect.
Brandenb. præstiti. Ncc refert quo modo, hæc
Vasallus, aut quibus ea revelaverit, utrum verbis
an scriptis, num amicis an inimicis domini. Ro-
senthal. c. X. concl. 30. n. 57. & 10. H. Gigas de
crim. laſ. Maj. Rubr. qual. ea quib. crim. laſ. Maj.
comm. qu. 21. n. 8. Modo scienter, hoc est, do-
lo malo proposito nocendi, id fecerit: Si enim
absque dolo malo aliquid forte arcani, quod re-
tricendum fuerat, Vasallo exciderit imprudenti,
idque

idque in damnum redundet domini, excusabitur. In dubio tamen, contra Vasallum, quod dolo malo vulgarit arcanum, presumitur. Rittershusius. *d. l. 2. c. 5. qu. 23.* qui proinde innocentiam suam & integritatem, sive dolum malum absuisse probare debet; Idque si non probatione plena, saltem per conjecturas fortiores atq; ex ipso negotio oriundas, nec facile ad extraordinariam probationem admittendus. Gerdes. *de jure revel. cap. 2. n. 24.* Schrader. *p. 9. c. 5. n. 54.* Rhet. *ad l. I. t. 17. verb. Scienter n. 4.* Vultej. *l. I. c. II. n. 21.* Exceptio regulæ est: si Vasallus ex justa & legitima causa secreta domini revealaverit, veluti si dominus Vasallo secreto commiserit, se propoluisse interficere innocentem aliquem, vel stuprare matronam honestam: hæc enim non præcavere turpe est, quorum nulla omnino est obligatio. Rosenthal. *c. X. concl. 30.* *n. 20.* Cæterum delictum hoc ex intentione manifestantis æstimandum, licet eventus non responderit, nec damnum secutum sit, tum quia revelatione ipsa jam delictum est, tum quia etiam is qui saltem laborat dominum offendere, delinquit in eum. *II. feud. 51. §. 2. verb. non laboraverit.* Bocer. *de amiss. fendi tr. 2. n. 61.* Borcholt. *de feud.*

feud. c. 8. n. 126. seq. Tandem delicti hujus quasi quædam species est, si Vasallus literas domini aperuerit, argumentum earum in perniciem domini revelaturus. Lauterbach. *Disp. de Epist.* §. 12. Stryck. *de Credentia revelatione.*

§. XV.

Alia ratione Vasallus delictum in ipsiusmet domini personam committit, feudi sive totius sive partis, vel etiam qualitatis & conditionis ejus dolosa abnegatione. II. *feud.* 24. 26. §. 3. & 34. §. ult. Quorū etiam referto, si instrumentum investituræ inficietur, nec aliunde de conditione feudi constare queat: item si malitiōse Vasallagii præstationi se subducatur. II. *feud.* 24. §. 1. Quod ad alias quoque contumaciæ feudalis species applicat Vultejus l. I. c. II. n. 28. Rosenthal. c. X. *concl.* 32. n. 34. Goth. Anton. *Disp.* II. tb. 3. lit. 9. Schrader. p. 9. c. 6. n. 23. & 34. Haut enim insignis ingratitudinis notam effugit, qui abnegat beneficium, ejusque autoritatem erubescit. *Ingratus est* scribit Seneca, qui *beneficium se accepisse negat, quod accepit.* Et parentes suos non amare, impietas est non agnoscere insaniam. *De Benef.* l. 2. e. 1. Neque interest in judicio, an extra judicium Vasallus dominium & beneficium

D

abne-

abneget: cum textus generaliter loquantur, neque inter locum abnegationis distinguant. Ex eo autem, quod etiam is vasallus, qui convalescere ab negationem, domino non detexit, delictum hoc incurrat, parum adjumenti asserto huic accedit, quamvis multum ponderis huic argumento inesse cum Cujacio putet. Rittershus. L. 2. c. 5. qu. 29. sed: vid. Bitsch. ad II. f. 26. §. 3. n. 5. Illud sane necesse est ut ex certa scientia abnegatio haec facta sit *dicitur tunc*. Nam nec proprius inficiator est, is qui nescit. Quod non minus de eo etiam dicendum, qui, quod dubius esset, feudi conditionem uegavit, dubitans enim pro ignorante habetur. l. ult. C. de Cond. indeb. Huic similis est, qui conventus de feudo ad positionem actoris respondet, NON CREDO. Bitsch. d. l. n. 6. Item, qui more in iudicio recepto, animo litem negative contestandi, respondet, NEGO NARRATA PRO UT NARRANTUR. Sickenhaus. Obs. feud. 18. §. 9. de quo tamen non immerito dubitat Rittershus. qu. 33. Add. Carol. de Mean. Obs. 83. ad Jus Leod. n. 3. & 4.

§. XVI.

§. XVI.

Hactenus de delictis quæ Vasallus in ipsius met domini personam, committit, egimus, sequitur modo ut de illis etiam dicamus, quæ in familiam ejus, hoc est, personas potestati affective domini subjectas, admittuntur. Est enim vero in genere jure feudali proditum, lædi personam, cuius existimationem sartam manere domini interest, a Vasallo non debere. Hoc ipsum etiam formula Sacramenti innuit. II. f. 7. ubi dicitur *E*t nunquam ex persona mea aliquid faciam scienter, quod pertineat ad tuam vel TUORUM injuriam vel contumeliam. Et a jure civili definitum quoq; est, quod quis non tantum in sua persona directo injuriam patiatur, sed etiam per consequencias. §. 2. Inst. de Injur. l. 1. §. 3. § l. 41. de Injur. Vultej. l. I. c. II. n. 69. Sickenhaus. Obs. 18. §. 12. Itaque si Vasallus vel uxorem vel filium vel patrem domini, aut locum quo h[ab]et degunt assilierit, delicti feudal[is] reus fit. Schnobel. Disp. X. tb. 17. Schrader. p. 9. n. 5. seqq. Par[te] modo in personam domini delinquit Vasallus, si dominum sui, domini offenderit: nisi pro servitio alterius domini sui hoc fecerit, quem sine

fraude ante habuit. II. *feud.* 55. *verb.* Illud quoque Feltmann. *de feud.* c. 17. §. 4. n. 10.

§. XVII.

Potissima vero species, delicti feudalis in personam domini per consequentiam admisi, est, si, ut ait feudista. I. *feud.* 5. pr. fidelis cucurbitaverit dominum, id est, cum uxore ejus concubuerit, de quo idem exstat. I. *feud.* 17. §. 21. II. *feud.* 24. §. 2. Est enim persona maxime conjuncta conjux, indeque non modo contra eam jurisjurandi fidelitatis clausulam quæ ad honestatem pertinet, Vasallus peccat, sed & dominum hanc ratione gravi injuria afficit. Neque concubitus solum sive actus perfectus, sed conatus etiam sceleris criminis datur: veluti si Vasallus cum uxore domini concumbere se exercuerit vel etiam turpiter luserit cum ea intellige, si exercuerit & præparaverit se ad impurum illum actum venereum: Si impudice eam contrectaverit: aut osculum, citra morem gentis & honestæ affectionis rationem, dederit: si literas amatoriaias ad eam misserit, aut munusculorum illecebris pudicitiam ejus sollicitaverit, aliisque strophis ad expugnandam illius pudicitiam usus fuerit. Rosenthal. c. X. concl. 28. n. 3. seqq. Bocer. cl. 5. Disp. 20. n. 41. seqq.

(29)

segg. Schnobel. *Diss. X. tb. 13.* Prout nec refert,
nolenti & invitæ vitium obtulerit, an volenti id
fecerit. Schrader. p. 9. c. 2. n. 19. Vultej. *L. I.*
c. II. n. 66. Ipse eam impurarit, an alteri opem
tulerit. Forner. *de feud.* p. 107. Rittershus. *I. c. c. 5.*
qu. 97.

§. XVIII.

Quod de uxore dictum , etiam ad sponsam , matrem , filiam , neptem ex filio , nurum & sororem domini recte extenditur. *I. feud. 5.* Nisi quod in sorore requiritur quod adhuc in capillo , id est , innupta virgo & in domo seu familia domini fuerit. Si enim alteri nupta , sive vidua extra domum fratris sui degat , tam prope contumelia sororis dominum non attingit : Cum nubendo alteri , a domo fratris transeat in familiam mariti sui , cui tum injuriae vindicatio proprius iucumbit. Rittershus. *I. 2. c. 5. qu. 109.* Feltmann. *c. 17. §. 4. n. 7.* Sunt qui an Vafallo in viduam atque concubinam domini , vel in pedissequam dominæ istud flagitium admissum , æquali severitate coercendum putant : Sed de eo jam mox commodior agendi locus erit . Sequitur enim ut postquam de ipsis delictis Vasalli , in personam domini tum directo tum per consequentiam commisfis , pro instituti ratione dixerimus , nanc

D 3

ea

ea quoque quæ ad coercionem eorum spe-
stant exequamur.

§. XIX.

Cum primis igitur observandum, Vasallum
qua talem, ob delictum feudale in dominum,
nulla graviori pœna, quam ut feudo privetur, af-
fici posse: finita enim est & præcise ad res feuda-
les restricta domini potestas, nec ultra eas tene-
tur Vasallus, indeque rebus feudalibus dimisisis,
nexus & obligatio ejus, quantum quidem ad do-
minum, omnis extinguitur. Unde est quod
quamvis atrocissimo scelere eoque, quod alias
in perduellionem incideret, Vasallus dominum
laelerit, attamen intra amissionis feudi pœnam
domino subsistendum sit. Eyben. *Elect. Jur.*
feud. C. ult. §. 2. Nisi Vasallus simul sit subditus,
nam cum is verum perduellionis crimen com-
mittat, non dubie severioribus legum pœnis
subjiciendus erit. Quo pertinet Ottonis M. Con-
stitutio apud Goldastum *Conf. Imper. de violen-*
ta occupatione Sæde possessorum §. 2. p. 304. quæ
vult, Vasallum si interficit dominum suum, in-
vita, honore & bonis, cum quibus ab ipso fuerit
infeudatus, condemnari debere. Pari ratione,
si quis ex Imperii Vasallis adversus Cæsaream
maje-

majestatem tale quid patraverit, præterquam quod omnibus facultatibus suis bonisve, tam alodialibus quam feudalibus, exuatur, alia quoq; suppliciorum genera, secundum Romanas publicasq; Imperii leges sustinere cogitur. Bulla aurea. c. V. §. 1. Ord. Crim. art. 218. Quod plurimis ex veteri recentique historia exemplis declarari possit, nisi opera hoc me levasset Henniges de potest, Imperat. circa profan. c. 3. §. 8. seq. laudatus eo nomine Itero de feud. Imper. Icap. 24. §. 5. Sic & quoties fractæ pacis publicæ crimen cum delicto feudalium concurrit, exquisitissima banni imperialis pena omniumque bonorum etiam feudalium privatione, leges id prosecutuntur. Ord. Crim. p. 2. t. 9. §. 2. Knichen. de Vestitur. paci. p. 1. c. 2. n. 239. seq. ceu novissima Acta publica, in causa Bavaria, Sabaudiensi, & Mantuana luctulenter testantur.

§. XX.

In personis porro Valallorum qui feudi amissione plectendi, discrimen vix occurrit. Et si enim quoad Ecclesiasticos imperii Valallos eosque Romano-Catholicos, videri poterat, tam arcte papali curiae eos esse devinctos, ut pene impossibile sit, eosdem præter papam, etiam alii ci-
vilem

vilem potestatem quandam in se concedere posse:
Satis tamen constat, quantacunque pontificis in
eos sit potestas, intra negotiorum & causarum
ecclesiasticarum terminos eam concludi, nec ad
profanas Imperii causas produci debere. Hinc
cum nuper Elector Coloniæ feloniam pariter ac
læsæ Majestatis reus fieret, in eum primum qui-
dem ut episcopum & principem Leodisensem,
tum deinde ut Electorem Ecclesiasticum, Cæsa-
rea Majestas condignas tantis criminibus pœnas
interminata non minus est quam reaple consti-
tuit, severissima tandem in eum lata extremæ
proscriptionis sententia. Et licet olim pro Cle-
rico alienam uxorem deosculante præsumptio
fuerit, id factum non causa libidinis imprimen-
dæ, sed ad pœnitentiam exhortandi, Gloss. in Can.
14. verb. *Sinistre Caus. II. qu. 3.* tamen quia
Clerici fragilitati humanae æque ac alii subjacent,
tum & accessus eorum ad mulieres magis quam
aliorum suspectus *I. 19. C. de Episcop. & Cleric.*
inque osculo Doctores, nostris in provinciis,
exemplum turpis lusuſ ponant, Clericum pro-
pter osculum non minus ac alium Vasallum feu-
do hodie privari posse docent. Ungepauer. *Disp.*
fend. 8. tb. 12. à Sode Nucl. Jur. publ. feud. Hept. 12.
pos. 3.

§. XXI.

Neque vero ex omni delicto, quod Vasallus in dominum admittit, privationis poenam is incurrit: sed sunt quædam, ut dixi egregiæ ingratitudinis causæ, ob quas beneficium secundum mores curiarum ei adimitur. *II. feud. 23. & 24.* Sæpe etiam eæ occurrunt circumstantiæ, quæ in his quoque delictis, quibus de cetero peena hæc præstituta est, discreti judicis prudens arbitrium quam maxime requirunt. Itaque non dubium est, quin Vasallus, Contumacia in dominum ipsum commissa justam præbeat ipsum feudo privandi causam, ut pluribus declarat Vultej. *I. I. c. II. n. 27. seqq.* & exemplo suo testatum reddit Comès quidam Marchiæ, quem ut est in Chronico Franciæ, Carolus VI. Franciæ Rex, ob contumaciam feudo privavit in consilio publico, referente Giphanio *de jure feud. c. 14. n. 26.* Nihilominus durum nimis foret ad quamcunque contumaciæ, sive veram sive præsumptam, & vel negligentia aut vecordia commissam, id extendere. Consimili ratione feudi jacturam patitur Vasallus ob injurias tum reales tum verbales domino illatas; Quod tamen si ad leves etiam injurias producere, earumque nomine privationis

E.

privationis

tionis poenam Vasallo irrogare quis vellet, graviter erraret. vid. Afflct. ad II. feud. 24. §. præterea n. 13. Mozz. ex quibus causis feudum amitt. n. 26. Pariter qui in vitam domini quid machinatus est, feudo privatur, cum tamen, etiam si Vasallus in nemem domini jurasset, amissione feudi non puniatur; dummodo non conjuraverit seu conspiraverit cum aliis. vid. Rittershus. l. 2. c. 5. qu. 5.

§. XXII.

Non minor judici cura, in iis delictis quæ Vasallus in dominum non directo sed per consequentiam committit, adhibenda est: ceu etiam de his doctissimorum interpretum, bene longe & satis litigiolæ contentiones in promptu sunt. Exempli causa quasdam saltem commemorare liceat. Si in Cæsaris Consiliarios, læse Majestatis crimen imperii Vasallus commiserit, feudo eum excidere, argumentis æque atque autoritatibus probare satagit Menochius lib. I. conf. 99. n. 25. seqq. contrarium in eodem casu defendit Rolandus à Valle vol. 3. conf. 1. n. 26. seqq. Vi duam domini Vasallus si stupro maculaverit, feudo idcirco eum privari tradit Andreas de Isernia, quem Evangelistam feudistarum vulgo appellant, Schraderus, Arumæus Disp. 8. th. 5. Un gepaur.

gepaur. *Disp. 8. tb. 13.* At, nisi intra tempus iuctus
 hoc contigerit, contrarium tenent Bocer. *de*,
Mod. amitt. feud. Tract. 3. n. 11. Ludvvell. *syn.*
jur. feud. cap. 16. p. 335. Struv. *cap. 15. apb. 9. in*
fin. Sine vero distinctione, negant vasallum, vi-
 duam domini constituantem, feudum amittere,
Vultejus lib. I. cap. II. n. 59. Schnobel. *Disp. 10.*
tb. 14. Feltmann. *cap. 17. §. 4. n. 5.* De concubi-
 na domini non minor interpretum concertatio
 est; privari feudo vasallum qui rem cum ea ha-
 buerit, asserunt Schraderus *p. 9. c. 2. n. 15.* Za-
 sius *P. 12. n. 27.* Sansbec. *p. 12. n. 20.* Feltmann.
d. §. 4. n. 9. Negant Mart. Laudenfis, Ferraritus,
 Molinæus, Bocerus *Class. 5. Disp. 20. n. 58.* Rit-
 tershus. *lib. 2. cap. 5. qu. 104.* Agitatur eadem
 quæstio circa pedissequam uxoris domini: nam
 ob hujus quoque stuprum vasallum feudum
 amittere, affirmat Bocer. *d. Disp. 20. n. 58. & de*
Mod. am. feud. Tract. 3. n. 27. & Rittershus.
d. cap. 5. qu. 106. Negant vero communiter Curtius,
 Sonsbecius, B. Schenck, Vultejus *lib. 1.*
c. II. n. 58. Schraderus *p. 9. cap. 2. n. 97.* nisi
 aperte in contumeliam domini illud factum fue-
 rit, quod toties evenisse dicendum, quoties pedis-
 sequa honoris officiique causa adesse uxori solita,

in palatio domini stuprata, autummat. Feltmann,
cap. 17. §. 4. n. 8. Hoc in sententiarum conflictu,
 mitiorem ego amplectendam duco: tum quia
 poenalia restringenda potius quam amplianda
 sunt, tum quia pena privationis feudi, non nisi
 in casibus jure expressis, vel sibi iis comprehen-
 sis, locum habet, ut tradunt notati a Schradero
p. 9. cap. 3. n. 20. §. XXIII.

CURIA Neque vero poena privationis, quam dixi-
 mus, semper feudum ipsum aut illud in totum
 complectitur, sed pro conditione admisiſſi aur
 partem ejus, aut jus aliquod. Sic vasallus par-
 tem duntaxat feudi abnegans, non toto multa-
 tur feudo, sed ejus tantum parte, ceu probat
 post alios Molinaeus *ad Consuet. Paris. tit. 1. §. 30.*
n. 6. Cujac. *ad III. Feud. 5.* Dissent. Petr. de Cer-
 vo in *II. Feud. 26. §. Vasallus si feudum.* Adeo,
 ut si feudum, ob ejus individuitatem forte, pro
 parte auferri, pro parte relinqui vasallo non pos-
 sit, benignius reputent vasallo, mendacii convi-
 cto, multam aliquam irrogare & feudum relin-
 quere, quam totum ei adimere. Rittershus. *lib. 2.*
cap. 5. qu. 36. Pariter, si vasallus non feudum
 ipsum, sed tantum conditionem aliquam feudi
 inficietur, vel instrumentum investituræ dunta-
 xat

xat fraudulenter supprimat, non quidem ipso feudo, sed illis conditionibus quæ pro ipso erant privabitur. Bursat. lib. 1. Conf. 49. n. 16. seqq. Dissent. Schrad. p. 9. c. 6. n. 23. aliter Bocer. de Feud. Amiss. tr. 2. n. 69. His consequens est, si multanee investito, vel eo qui solum expectati-
vam in feudo habet, adversus dominum deli-
ctum feudale admittentibus, eos non nisi jure
quod in feudo habent excidere, atque hinc in-
strumenta quæ eo nomine tenent, condicione
causa data causa non secuta ab iis repeti posse.
Rosenthal. cap. 10. concl. 1. n. 10. Schrader. p. 9.
Sect. 6. n. 12. seqq. In prælato, marito, emtore cum
paeto de retrovendendo, vel cum lege commis-
soria aut paeto addictionis in diem, idem juris esse
existimo, nec eos delicto in dominum commis-
so, ultra amisionem commodorum quæ ex
feudo illis debentur, ecclesia, mulieri quæ feu-
dum in dotem dedit, aut venditori obesse posse
arbitror: ne pena excedat delictum, aut alterius
culpa aliis frandi sit. Rosenth. d. cap. 10. concl. 3.
gleff. 2. & 3. & concl. 7. n. 7. seqq. Fachinæ. lib. 7.
c. 23. sub fin. Tiraquell. de Jure retract. §. 3. gl. 1.
n. 31. Dissentit. Ant. Merenda Contr. jur. lib. 6.
cap. 17. per tot. Quibus generatim circa imperii

fenda subjicio monitum Iteri de Feud. imper.
cap. 24. §. 4. quod ubi ad imperialia feuda de-
ventum fuerit, magna omnino cautione circa
privationem opus sit: nec immerito dubita-
ri posse, an ex receptis Germaniae moribus
illustres Imperii Principes ob qualecunque ad-
missum, quod feudi amissionē coērgetur in No-
mothesia Longobardica, ad instar minutulorum
quorumcunque vasallorum, territorio suo mul-
ctari eos semper convéniat? utut ita visum fue-
rit Schüzio Vol. 1. Colleg. publ. D. 6. tb. 30. lit. f.
& ante eum Sixtino de Regal. lib. 1. cap. 6. n. 76.

§. XXIV.

Restat ut quinam procedendi modus, in
irroganda privationis pœna, servandus sit, pau-
cis declarem. Quamvis enim sint, qui his de cau-
sis vasallum ipso jure feudo excidere, nec vel
processu vel sententia, nisi forte declaratoria,
opus esse putent: eorum tamen sententia per-
spicuis juris textibus evidenter repugnat, & com-
muni doctorum calculo dudum reprobata est.
I. Feud. 21. ibi: sine cognita culpa. & tit. 22. c. 1.
in fin. & c. ult. ibi. nisi cognita culpa. Jus Feud.
Saxon. art. 59. & 63. Jus Feud. Alem. cap. 26.
Brunnenmann. Consil. 174. Struv. cap. 15. apb. II.
Idque

Idque imperii etiam moribus & observantiae
convenire, complura, quorum jam ante memi-
nimus exempla testantur. In causa Ducis Man-
tuæ citatio his expressis verbis concepta: *Cum*
igitur nefanda ejusmodi felonie --- eo que in Ce-
sareæ Majestatis nostræ & Rebellionis crimen.
abeat, atque idcirco gravissimam indignationis
nostræ Cesareæ aliasque pœnas imperialibus consi-
tutionibus præscriptas mereatur; Hinc eundem N.
N. --- vigore presentium citamus & vocamus,
serio districteque mandantes, ut intra terminum
duorum mensium a die citationis hujus ---- coram
Nobis Consiliove Nostro Imperiali Aulico ubicun-
que locorum illud fuerit, perse, vel per procura-
torem suum legitimum & sufficienti mandato in-
structum certo & infallibiliter compareant, audi-
turi & visuri omnia bona sua feudalia & allo-
odialia ab ipsis possessa respective caduca & fisco
Nostro Cesareo delata esse, & declarari, aut cur
ejusmodi declaratio contra eosdem fieri non de-
beat, causas juri consentaneas allegaturi & pro-
baturi, dictumque PROCESSUM PER JURIS
TERMINOS ET LEGUM PRÆSCRIPTA,
USQVE AD SENTENTIÆ PUBLICATIO-
NEM PROSECUTRI. Quod ergo modum

pro-

procedendi attinet, hodie eundem fere in feudalibus illum esse, qui in civilibus causis, nisi alii cubi speciatim quid dispositum reperiatur, tradunt. Struv. cap. 16. apb. 10. Singularis tamen procedendi ordo jure Saxonico praescriptus in lite inter dominum & Vasallum vertente, quem exhibet Reinhardus post. part. II, *Decisionum Coleri*. eumque hodienum in Saxonia Ducali aliisque locis ubi jus Saxonum viget, observari, sunt qui putant. Berlich. p. 1. concl. 62. 82. Carpzov. p. 1. *Const.* 27. def. 1. Quicquid tamen horum sit, omnia in universum quæ jure feudali circa formam processus tradita sunt obsoleuisse dicitur: quin potius alicubi peculiaribus Provinciarum ordinationibus repetita quæ de constitutendo judicio feudali prodita sunt, vidi. De MARCHIA NOSTRA atque Pomerania utraque adeundus Rhetius in *Proœm. comm. jur. feud.* n. 51. p. 13. juxta jus Alemannicum quid obtinuerit, docet Schilterus ad *Jus. Alem.* cap. 116. seq. Cum superiori seculo Hans Ludwig von Lichtenstein/ob graves quasdam injurias quibus vasello suo affectus fuerat, judicium parium constituisset, ac coram eo actionem ad privationem feudi per procuratorem instituisset, contradixit quidem

quidem Episcopus B. & VV. sed judicium parium
 in ea contradictione nec quicquam acquievit, quin
 potius, postquam ad obseruantiam illarum terra-
 rum provocasset, ordinis jureconsultorum in hac
 Salana decimum expetiit, atque obtinuit: verba ob-
 testationis actis inserta haec erant, demnach man-
 hierauf glaublich berichtet worden/dass der Herr
 Bischoff zu B. und VV. solche Lehn-Gerichts Con-
 stitution in einem privat Schreiben oftte wohlge-
 dachten unserm günstig. Juncfern zu impugni-
 ren und zu wiedersprechen vermeinet / dieweil
 aber solche Lehn-Gericht die fränkische Adeliche
 Ritterschafft iederzeit vor undenflichen Jahren
 üblichen hergebracht/ auch wohlgedachter unser
 günstiger Juncker dergleichen Lehn-Gericht vor
 30. Jahren wieder der Beklagten ihren Aln-
 Herrn selbsten verföhret und obgesieget / als
 werden seine G. mit ihrer Fürstl. Gnaden diesel-
 be gebührlich auszuüben wissen/ und haben wir/
 nemine comparente, den Verlauff dieser Sache
 inrotuliret und uns des Rechtens zu belernen
 entschlossen. Quæ vel ideo commemorare e re vi-
 sum, quod alii hoc genus judicii omnino ab usu
 recessisse persuasi sint, a quorum sententia nec alienus
 videtur de Sickenhausen Obs. 20. §. 3. dum ait:
So viel das judicium parium curiæ, oder Main

F

Ge-

Gericht betreffen thut/wird solches dermahlen
nicht aller Orthen beobachtet/sondern ist dessen
Übung nicht mehr gebräuchlich. Illud negari ne-
quit, etiam si tum commune tum particulare quo-
rundam locorum jus modum hunc probarit, im-
probari tamen eundum vel lege vel consuetudine
contraria potuisse; quam in rem cum modo lau-
datus Ictorum ordo nuper demum responderit,
hoc ipsorum Responsum integrum tibi L. B. hic
exhibendum duxi.

§. XXV.

Als in Sachen wieder Herrn Friedrichen
von Wallrath/über den von uns dahin ertheilten
responso , daß in Lehnß-Fällen/wo der Lehn-
Herr selbst Kläger sey/ auf die Erörterung der
Riedbergischen Landes-Gebrechen zusehen/ und
nach der darinnen vorgeschriebenen Form/ das
judicium parium zubestätigen/ auch nach solchem
modo der Proceß zuverführen wäre/Zweifel
vorgefallen/ ob nicht durch eine beständige ob-
servanz der in angezogener Erörterung vorge-
schriebene modus procedendi wiederum aufge-
hoben zuachten/ und dahero sämmtliche Lehn-
Herrn befugt/ vor ihrer gemeinschaftlichen Re-
gierung/ oder wenigstens vor hierzu verordne-
ten und insonderheit verpflichteten Commissariis,
wie-

wieder den Herrn von Wallrath / ex capite felonie, ad privationem feudi klagen zu lassen? Worüber gleichfalls unsern rechtlichen Meinung verlanget worden / Demnach S. W.v. R. Obwohl dieser Umstand / daß bei der Niedbergischen Lanzeley kein casus vorhanden / worinnen nach Maßgebung obgedachter Erörterung versfahren / und pares curia zu Entscheidung der Lehn-Fälle niedergesetzt wären / die einmal geordnete Landes-Gesetze nicht aufheben mag / Cum solo non usu leges non tollantur. Carpzov. Lib. 2. Resp. 38. n. 11. Tabor. de Alterotanto. p. 4. a. 7. tb. 14. Sondern wenn per contrariam observantiam ein Recht abgeschaffet werden soll / diese observanz alle requisita consuetudinis haben muß / Cum ipsa observantia jus aliquod non sit, sed facti potius, nec sufficiat usurpatum quid, nullo tamen jure esse, arg. L. 13. §. ult. de Injur. Bevorab da berührte Landes-Ordnung anders nichts / als was denen gemeinen Reichs-Lehn-Rechten gemäß / in sich hält; Gestalt auch / daß dieselbe zu keiner observanz kommen / deren Kraft nichts benimmt / Lex enim, sive communis sive provincialis, vim obligandi non ex receptione & ulu singulorum, sed ex promulgatione ejus qui potestate legislatoria in republica gaudet, statim

tim accipit. Carpzov. Dec. 3. & Dec. 101. Schilter.
Exerc. ad Pand. I. §. 8. Dahero / wann bisher
einige Lehnss-Trrungen/ so zwischen denen Lehn-
Herren und ihren Vasallen vorkommen / nicht
nach dem Inhalt der Landes-Constitutionen
vor dem Mann Gerichte / oder paribus curia,
sondern vor der Regierung abgethan worden/
solches legem publicam nicht aufzuheben / viel-
mehr einer prorogationi jurisdictionis nicht un-
ähnlich zu seyn scheinet / wiewohl auch von ei-
nem solchen Fall wie der izige ist / da ein Lehe-
mann seines Lehnswerlustig erkannt werden
sollen / übersendeten Berichten nach / bey der Re-
gierung nichts zu finden / sondern was daselbst
vorgangen andere geringere Streitigkeiten be-
treffen. Ja wann gleich ein Vasall, in dergleichen
Falle / die Regierung pro judice competente ie-
mal agnosciret hätte / dieses damoch einem ter-
tio unschädlich seyn / Und vor diesmal destowe-
niger zur Folgerung dienen würde / weil die
Regierung selbst von ernannten Herrn von
Wallrath aufs empfindlichste angegriffen und
derowegen / ohne Verdacht / in propria causa
nicht erkennen möchte; Damoch aber und die-
weil allhier ein solcher non usus negativus zum
Grunde gesetzet / aus dem erscheinet / daß die
Erör-

Erörterung der Niedbergischen Landes-Gebrechen in diesem Stück vor einen legem nie ange-nommen / Solcher gestalt von dessen Abschaf-fung die Frage vergeblich / Hierüber auch ein contrarius usus sich hervorthut / vermöge dessen bey hundert Jahren her / wann zwischen denen Lehn-Herren und Vasallen über die Lehnsperti-nentien controvers entstanden / solche vor der ge-meinschaftlichen Regierung / oder derselben ver-ordnetem Commissariis iedesmal entschieden worden / Quando vero non usus implicitum haber actum contrarium affirmativum , consuetudinem inducit , Klock . Vol . 4 . Conf . 79 . n . 47 . & ex obser-vantia iterata consuetudo gignitur , neque observan-tia legi contraria , quando consuetudinem aetibus uno pluribus cum diuturnitate temporis inducit , amplius observantiae rationem habet , L . B . de Lyncker . Comm . ad Pand . t . d . Legib . tb . 44 . Pro ut etiam observantia , quamvis facti sit , attamen ad effectum juris invalescit , Und auf eine bloße prorogationem jurisdictionis so vielweniger allhier zuschließen / weil nicht nur die Länge der Zeit / nebst der actu-um frequenz dergleichen Vermuthung zu wie-der / sondern auch in Rechten bekant / wie in cau-sis feudalibus die prorogation keine statt finde/ Græven . ad Gail . Concl . 40 . conf . 1 . n . 2 . Dargegen/

daß eben in solchen terminis, wie iſo vorkommet/
 ein oder anderer casus ſich ereignet haben müſſe/
 zu Behauptung der angezogenen obſervanz und
 uſus contrarii, keineswegs erfordert wird/ Quam-
 vis enim obſervantia ſive conſuetudo interpretatione-
 nem extenſivam non recipiat, admittit tamen com-
 prehensivam, Schilter. ad Pand. Ex. 2. §. 13. & 14.
 Bevorab / da hierdurch demjenigen was com-
 munis uſus fāſt durchgehends eingeführet nach-
 gegangen wird / Juxta uſum enim receptum, ſi lis
 fuerit inter dominum feudi, qui eſt Princeps, & Va-
 fallum, cui controverſia moveatur de feudo, Conſi-
 liarii Principis ſunt judges, Struv. Obſ. feud. cap. 16.
 n. 3. Nec ad pares curiæ respici ſolet, atque parum fe-
 lici ſucceffu Vasallos quosdam eos judges petiſſe,
 tradit Schottel. de ſingul. Germ. jur. cap. 4. §. 9. Auch
 ſonſt ingemein davor gehalten wird/ daß aus ei-
 ner uhralten teutſchen Gewohnheit / die Lan-
 des-Herren in Sachen ſo ihr eigenes intereſſe
 angehen/ richten mögen/ Zalius ad L. 10. de Jurisd.
 Schrader. Vol. 1, Conf. 2. n. 18. Zumal / wann der-
 gleichen Sachen vor deren mit umverdächtigen
 Rathen beſetzten Landes-Regierungen Proceſſ-
 mäßig tractiret / und ſo dann auswārtiſchen
 Rechts-collegiis zur decision übergeben werden/
 VVelenbec, P. 1. Conf. 33. n. 43. Nicht minder ſonſt
 bekant/

bekant/dß wann Obrigkeitliche Personen oder
diejenigen so deren Stelle vertreten/ in ihrem
Amlte angegriffen/sie über sothane injurien selbst
sprechen mögen/ So seynd die sämtlichen Lehens-
Herren/ drr angezogenen Landes-Constitution
unerachtet/allerdings besugt/wieder den Herrn
von Wallrath/bisheriger obervanz gemäß/vor
ihrer gemeinschaftlichen Regierung/ oder da-
fern sie dessen einiges Bedencken haben würden/
vor gewissen hierzu verordneten und insonder-
heit verpflichteten Commissarien/ex capite felonie,
auf privationem feudi zu flagen / die Sache der-
gestalt verhandeln/und nachmal darüber recht-
lich Erkāntniß einholen zu lassen. V. R. W.

§. XXVI.

Fuit quoque jure feudali Longobardico non
minus quam Alemannico & Saxonico constitum, ut
domino ad privationem feudi agente, tria vice evo-
caretur Vasallus. II. Feud. 22. pr. Jus Feud. Alem.
cap. 16. §. 10. Jus Feud. Sax. art. 65. Sed usū nechoc
servari constat, eadem citationis forma in his atque
in aliis causis civilibus obtinente. Quod vero de
testibus habetur II. Feud. 57. non privari feudo va-
sallum , ob delictum in dominum commissum
posse, nisi quinque testibus convictum, æque ab-
rogatum dici vix potest: tum quod in odium felo-
niae,

niæ, singulari ratione id constitutum sit: tum quod rerum forensium peritisissimi autores, in judicando præcise juris feudalis hanc dispositionem sequendam esse doceant. Rosenthalius, Schraderus, Vultejus, apud L. B. de Lyncker. *Anal ad Struv. I. F. 5.*
cap. 16. aph. 15. Quin & Ordinationi Judicij Aulici tit. s. pr. id convenire, observat Textor. *Prax. jud. p. 2. c. 4. n. 43.* add. Itter. *de Feud. Imp. cap. 25. tb. 24.* ut ut alii cum Molinæo, Borcholten, Isernia, Deciano, &c. contra nitantur, apud Struvium d. l. Perexigua hæc & brevia de materia satis alias ardua & fœcunda, specimenis academicî loco posuisse sufficiat. Deus Optimus Maximus, autor omnis boni ordinis, tristia quævis a finibus nostris arceat, & germanam illam atque antiquam fidem, cum pace quam communi patriæ exoptamus, tandem aliquando reducat,

CVI SOLI SIT LAVS, HONOR ET GLO-
RIA IN SEMPITERNA SECVLÀ.



VD 18


ULB Halle
006 754 961

3



B.I.G.

Black



Farbkarte #13

Centimetres

Blue

Cyan

Yellow

Magenta

White

3/Color

8
Inches
19
18
17
16
15
14
13
12
11
10
9
8
7
6
5
4
3
2
1
1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19

F. 11. num. 13.

Q. D. B. P.

1712/1795

5

DISSERTATIONEM JVRIDICAM

DE

**DELICTIS VASALLO-
RVM, QVÆ IN PERSONAM
DOMINI COMMITTVNTVR,**

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO

SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO
DOMINO

P. 340. **GVILIELMO HENRICO,**

DVCE SAXONIAE, IVLIACI, CLIVIAE AC MONTIVM,
ANGARIAE, WESTPHALIAE, ETC. ETC.

P R A E S I D E

DOMINO

IO. CHRISTIANOSCHRÖTERO,
JCTO PROFES. PVBL. ATQUE SCAB. ADSESSORE.

DN. PATRONO AC FAVTORE ÆTATEM
DEVENERANDO

AD D. AVGUSTI M. DCC. XII.

PLACIDO ERVDITORVM EXAMINI SVBMITTIT

AVTOR ET RESPONDENS

PHILIPPVS CHRISTIAN. DE WEDELL,
EQVES NEOMARCHICVS.

IENAE, LITTERIS MULLERIANIS

